DOM-GYMNASIUM ZU MERSEBURG.

OSTERN 1888.

II.

Abhandlung des Gymnasiallehrers Dr. Gustav Mollenhauer:

De eis verbis cum praepositionibus compositis, quae a Polybio ipso novata sunt.



No. 226.

MERSEBURG.
DRUCK VON HOTTENROTH & SCHNEIDER.

DOM-GYMNASIUM ZU MERSEBURG.

OSTERN 1888.

II.

Abhandlung des Gymnasiallehrers Dr. Gustav Mollenhauer:

De eis verbis cum praepositionibus compositis, quae a Polybio ipso novata sunt.



No. 226.

MERSEBURG.
DRUCK VON HOTTENROTH & SCHNEIDER.

De eis verbis cum praepositionibus compositis, quae a Polybio ipso novata sunt.

Cum libertas Graecis erepta esset, lingua eorum sensim depravata est, cum pro incorrupta Graeci sermonis integritate scriptores consuetudine vitiosa et corrupta uti inciperent. Nam cum ex illo tempore lingua Attica, qua clarissimi Graecorum scriptores libros optimos conscripserant, et per totam Graeciam et per Macedoniam, Syriam, Aegyptum vulgata esset neque solum in ore omnium Graecorum, sed etiam multarum barbarorum gentium esset, paulatim in illam cum aliae vocabulorum formae et dictiones quae dicuntur tum alia quoque vocabula irrepserunt et cum ea commixta sunt, ut multis modis haec vulgaris lingua (ἡ κοινή, ἑλληνικὴ διάλεκτος), cuius vestigia primum in Polybii scriptis luculentissime cognoscuntur, a lingua Attica diversa esset. Atque in hanc Polybii vocabulorum copiam aliquanto diligentius inquirere mihi propositum est. Sed huius materiae rerum et copiae uberrimae de exigua tantum parte propter loci exiguitatem disseram et demonstrabo, quantum in verbis quae cum praepositionibus coniuncta sunt formandis Polybius discrepet cum scriptoribus antecedentibus aut cum recentioribus congruat aut ab utraque parte diversus sit, omniaque ea verba copulata, quae, inscriptionibus neglectis, primum apud Polybium in usu sunt, enumerabo. Qua in quaestione videbimus magnum esse numerum eorum verborum compositorum, quae apud Polybium unum occurrunt, multoque maiorem eorum, quae ab illo vel parta vel ex communis sermonis consuetudine sumpta et in linguam Graecam inducta a posterioribus quoque scriptoribus, praecipue a Diodoro, Plutarcho, Josepho, rerum sacrarum qui dicuntur scriptoribus adhibita sunt.

Cuius rei gravissima causa, cur tanta sit copia verborum compositorum, quae a Polybio ipso novata sunt, ad huius scribendi rationem referenda est; quam dilucidissime enim legentibus ea quae narrat explicare et ante oculos ponere studet omnesque docere vult, non solum homines doctos sed etiam indoctos, ut optima quaeque exempla sibi ad imitandum proponant idoneique fiant, qui vere de rebus praesentibus iudicent recteque sua officia publica praestent. Qua re cum minus id spectet, ut ornate dicat quam ut perspicue res describat, cum saepe magna ubertate narrat, ut multis locis eorum qui legunt animis molestiam afferat, tum graves quasdam notiones sumit, quae sensus legentium moveant eorumque animis facillime concipiantur; itaque non mirum est, quod nulla necessitate coactus verbis praepositiones praefigit ad rationem quandam indicandam, quae ex continuatione serieque rerum satis intellegitur aut alio modo iam significata est; atque horum verborum usu Polybius valde a poëtis differt, qui uno vocabulo notiones plures exprimunt et rem vel actionem quandam quasi depingunt. Sed tamen multa quoque verba composita a Polybio ficta exstant, in quibus praepositioni plena vis subiecta est; atque magnus

1 *

horum verborum numerus natus est ex scriptoris studio conflandi et coartandi in unum, quae scriptores veteres seorsum expresserant.

Neque minus gravis causa, cur tam diversa a lingua Attica Polybii verba coniuncta sint, a natura linguae vulgaris repetenda est. Nam quod in lingua Graeca, ut in omni lingua, quae multa per saecula in usu fuit, posterioribus temporibus cum vocabulorum significationes mutantur tum verba composita ex antiquissimis temporibus usitata, ut omnium ore trita, plenam suam vim amittunt et in simplicis verbi notionem delabuntur, ad eandem sententiam exprimendam alteram quandam praepositionem verbo composito addere scriptores recentiores coguntur. Huc accedit, quod vulgaris illius linguae oratio non solum linguarum Graecarum, sed etiam generum dicendi variam rationem miscuit, ut simplicia *) multorum verborum a Polybio novatorum et apud Herodotum atque Hippocratem et apud poëtas et apud philosophos legantur.

Atque verborum copiam pro variis praepositionum notionibus, quamquam nonnumquam difficile est dictu qua vi praepositio singula verba afficiat, ita disponam, ut, cum semper ea verba composita quae apud unum Polybium occurrunt separatim enumerem, priore loco ea verba afferam quorum simplicia a lingua Attica non aliena sunt, deinde ea quorum simplicia a scriptoribus Atticis abhorrent.

Ἀνά.

In paucis his verbis a Polybio novatis praepositioni *ἀνὰ* principalis notio „hinauf“ subest. Sunt autem haec:

1. *ἀναστρατοπεδεύειν* castra movere 3, 110, 4: *ἀναστρατοπεδεύσας προῆγε.* 1, 24, 4. 4, 18, 9.
2. *ἀνατήκειν* liquefacere 2, 16, 9: *τῶν ἀνατηκομένων χιόνων.*

Apud unum Polybium inveniuntur:

3. **ἀνασάττειν** implere **) 12, 25 h, 2: **τῶν ἀνασεσαγμένων θυλάκων.**
4. *ἀνασωρεύειν* exstruere 8, 35, 5: *τοῦ χοὸς ἀνασωρευομένου.* 16, 11, 4; simplex huius verbi ab Aristotele aliisque scriptoribus recentioribus usurpatur.

Ἀντί.

A. Contra.

a. Simplicia sunt verba Attica:

1. *ἀντοικοδομεῖν* contrarium contendere 32, 7, 16: *χάριν τοῦ πρὸς μηδὲν ἀντιφιλονεικεῖν τῇ συγκλήτῳ.* 3, 103, 7.
2. **ἀντοικοδομεῖν** contra exstruere, munire 1, 42, 12: **ἀντοικοδομῶν ἀπορίαν παρεῖχε τοῖς ὑπεναντίοις.** 16, 30, 6 etc.
3. **ἀντιπαρακεῖσθαι** contra situm esse 3, 37, 7: **ἡ Εὐρώπη ταύταις ἀμφοτέραις (χώραις) ἀντιπαράκειται.**
4. **ἀντιπεριάγειν** in contrarium convertere 1, 22, 8: **ἀντιπεριάγοντες τὰς ἐμβολάς.**

---

*) Ubi de verbis simplicibus dico, non solum vera verba simplicia intellego, sed etiam ea verba composita vel decomposita, quibus Polybius alteram vel tertiam praepositionem addidit.

**) Desideratur in Steph. thes.

Apud unum Polybium occurrunt:

5. *ἀντιμεταλλεύειν* contra agere cuniculos 16, 31, 8: *ἀντιμεταλλεύειν τοῖς πολεμίοις ἀπέστησαν.* 1, 42, 12: *μεταλλεύειν* metalla eruere Plat. pol. p. 288 D.

6. *ἀντεμφαίνειν* repugnare 18, 28, 12: *χάριν τοῦ ἀντεμφαίνειν ταῖς ἡμετέραις ἀποφάσεσιν.* Simpl. ap. Att. trans. vi repraesentandi exstat.

7. *ἀντιπαραπορεύεσθαι* e regione a latere iter facere 5, 7, 11: *δεξιῶν παρὰ πλάγια τῶν Θρᾳκῶν ἀντιπαραπορευομένων ταῖς χώραις.*

b. Simplicia non sunt verba Attica:

8. *ἀντιδοξεῖν* (Plat. *ἀντιδοξάζειν*) contrariam sententiam habere 2, 56, 1: *ἐν πολλοῖς ἀντιδοξῶν.* 16, 14, 4. Simpl. non exstat.

9. *ἀντοφθαλμεῖν* contra aliquem oculos tollere, se alicui opponere 23, 16, 3: *πρὸς τὸ πλῆθος ἀντοφθαλμεῖν.* 1, 17, 3. 2, 24, 1 etc. *Ὀφθαλμεῖν* pro verbo Plat. *ὀφθαλμιᾶν* est: dolere ex oculis.

Apud Polybium unum occurrit:

10. *ἀντιφιλοδοξεῖν* gloriae cupiditate ductum cum alio certare 1, 40, 11: *ἀντιφιλοδοξοῦντες πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν. Φιλοδοξεῖν* gloriae cupidum esse ap. Aristot. rhet. 2, 10 et deinceps saepius ap. Pol.

B. Loco alicuius, altera ex parte, vicissim:

11. *ἀνταποστέλλειν* vicissim emittere 21, 45, 22: *ὁμήρους δι' ἐτῶν τριῶν ἄλλους ἀνταποστέλλων.* 32, 5, 3.

Polybiana verba sunt:

12. *ἀντιπυρσεύειν* vicissim igni signa dare 8, 30, 2: *τὸν μὲν Ἀννίβαν ἔδει ἀνάψαι πῦρ ἐπὶ τοῦ τάφρου, τοὺς δὲ περὶ τὸν Τραγικὸν ἔνδοθεν ἀντιπυρσεύειν.*

13. *ἀντεπισκώπτειν* vicissim cavillari 18, 7, 5: *ὁ δὲ Τίτος τοῦ Φιλίππου χλευάζοντος μὴ βουλόμενος τοῖς ἄλλοις δοκεῖν, ἀντεπέσκωψε τὸν Φίλιππον.*

Ἀπό.

A. Ab.

a. Simplicia sunt verba Attica:

1. *ἀποθεωρεῖν* ex rebus praesentibus oculos ad res futuras convertere, longe prospicere 27, 4, 4: *ἀποθεωροῦντες τὸ γινόμενον.*

2. *ἀποθηριοῦν* proprie: ex hominis statu in statum ferae redigere, efferare 1, 18, 9: *ἀποθηριωθέντες ἐξέστησαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως.* 1, 67, 6. 1, 70, 1. 1, 79, 8. 1, 81, 5, saepissime; *θηριοῦν* ap. Plat. leg. p. 935 A.

3. *ἀφιππάζεσθαι* (Xen. *ἀφιππεύειν*) abequitare 29, 17, 5: *εἰς πόλιν ἀφιππάσατο.*

4. *ἀφυστερεῖν* abesse et sero venire 1, 52, 8: *ὑπέμενε, τοὺς ἀφυστεροῦντας ἀναδεχόμενος.* 21, 22, 2.

5. *ἀποκαθίζειν* remotum ab aliqua re versari 12, 25d, 1: *ἀποκαθίσας Ἀθήνησι σχεδὸν ἔτη πεντήκοντα.* 31, 10, 3.

6. *ἀπεμφαίνειν* dissimilem esse, non convenire 5, 47, 10: *τὴν σύγκρισιν τῶν ἀψύχων τοῖς ἐμψύχοις ἀπεμφαίνουσαν εἰκὸς προσπίπτειν τοῖς θεωμένοις.*

b. Simplicia non verba Attica sunt:

7. *ἀπονήχεσθαι* enatando pervenire ad 16, 3, 14: *ἀπενήξατο πρὸς τὴν ἐπιβοηθοῦσαν αὐτῷ τριημιολίαν. Νήχειν* verbum pro *νεῖν* apud poëtas exstat.
8. *ἀποθεοῦν* ex hominum numero in deos referre 12, 23, 4: *ἀποθεοῦν Ἀλέξανδρον ἐβουλήθη. Θεοῦν* hac cum notione primum ex Oenom. affertur; *θειοῦν* ap. Plat. leg. 6 p. 771 B valet: deis consecrare.

Polybiana verba sunt:

9. *ἀποδερματοῦσθαι* corio privari 6, 25, 7: (*οἱ θυρεοὶ*) *ὑπὸ τῶν ὄμβρων ἀποδερματούμενοι δύσχρηστοι γίνονται.* Simpl. non exstat nisi apud Hesych. s. v. *ἰσχαλωμέναι.*
10. *ἀπουροῦν* vento a recta via distrahi 16, 15, 4: *εἰς τὴν Μυνδίαν ἀπουρώσαντας καθορμισθῆναι. Οὐροῦν* non exstat, sed *οὐρίζειν,* vento secundo provehere, ad poët.
11. *ἀπουραγεῖν* a tergo agmen ducere, extremum agmen ducere 3, 49, 13: *ἀπουραγήσας ἀσφαλῆ παρεσκεύασε τὴν δίοδον.* 3, 47, 1. 5, 7, 11. 5, 23, 10. 6, 40, 7. *Οὐραγεῖν* primum ap. Pol.

B. Cum vi effectiva et intensiva.

a. Simplicia sunt verba Attica:

12. *ἀποκαραδοκεῖν* sollicite exspectare, nisi praep. *ἀπό* solum absentiam quandam exprimit 18, 48, 4: *ἀποκαραδοκεῖν τὴν Ἀντιόχου παρουσίαν.* 16, 2, 8. 21, 36, 3.
13. *ἀπομαρτυρεῖν* aperte confirmare testimonio 31, 7, 20: *ἀπομαρτυρησαντες πᾶσι τοῖς τῆς συγκλήτου δόγμασι πεπειθαρχηκέναι τοὺς Ῥοδίους.* 31, 18, 4. 32, 1, 2.
14. *ἀποπιστεύειν* prorsus confidere 3, 71, 2: *οἱ Ῥωμαῖοι τοῖς ἐπιπέδοις* (*τόποις*) *ἀπεπίστευον.*

Verbum Polybianum est:

15. *ἀπολοιδορεῖν* cum clamore increpare 15, 34, 4: *τῶν ἀκουσάντων οἱ μὲν ἀπελοιδόρουν αὐτόν.*

b. Simpl. non sunt verba Att.; Polybiana verba sunt:

16. *ἀποθινοῦσθαι* (ex subst. *θίς, θινός* derivatum) arenae aggere plane oppleri 1, 75, 8: *συνθεωρήσας ἀποθινούμενον τὸ στόμα* (*τοῦ ποταμοῦ*). Simpl. non exstat.
17. *ἀποξυστροῦσθαι* (a subst. *ξύστρα* ductum) strigilis modo hebetem fieri 2, 33, 3: (*αἱ μάχαιραι*) *εὐθέως ἀποξυστροῦνται καμπτόμεναι*. Simpl. non exstat.

Διά.

A. Per, trans.

a. Simplicia sunt verba Attica:

1. *διακολυμβᾶν* nando transire ad 5, 46, 8: *πλειόνων διακολυμβώντων* (*τὸν Τίγριν*) *πρὸς αὐτόν.* Simpl. bis ap. Plat.

2. *διαπατεῖν* calcando pertundere 3, 55, 2: *τὴν χιόνα διαπατήσαντες.* 3, 79, 6.
3. *διαπυρσεύεσθαι* sublatis ignibus significare 1, 19, 7: *τοῦ Ἀννίβου διαπυρσευομένου πρὸς τὸν Ἄννωνα.*
4. *διοδεύειν* iter facere per 2, 15, 5: *διοδεύοντες τὴν χώραν.*
5. *διαποστέλλειν* mittere ad (hinüberschicken) 5, 42, 7: *ἐπιστολὴν πλάσας ὡς παρ' Ἀχαιοῦ διαπεσταλμένην.*
6. *διεκβάλλειν* iter facere per 10, 28, 1: *τὴν ἔρημον διεκβαλεῖν.* 4, 68, 5. 10, 29, 8.

Polybiana sunt verba:

7. *διαγωνοθετεῖν* praemium proponere certaminis i. e. de quo certamine (*δι' ἀγῶνος*) pugnatur 25, 4, 7: *ἐδόκουν οἱ Ῥωμαῖοι τὰ κατὰ τοὺς Ῥοδίους διαγωνοθετεῖν.* Simplex valet ap. Att.: certamini praeesse, diiudicare.
8. *διεξικνεῖσθαι* pervenire ad 10, 29, 3: *οὓς (τόπους) ἔδει διεκβάλλειν αὐτὸν ἕως τὰς ὑπερβολὰς διεξίκοντο.*
9. *διεμπίπτειν* incidere 38, 7, 4: *λαθεῖν εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἀλλοτριότητα διεμπεσόντας.*

b. Simplicia non sunt verba Attica:

10. *διαδορατίζεσθαι* hastam mittere in, hasta dimicare 5, 84, 2: *ἐκ χειρὸς ταῖς σαρίσαις διαδορατιζόμενοι.* Simpl. ex Hesych. et Etym. M. affertur.
11. *διαστυλοῦν* fulcire columnis (*διὰ στύλων*) 5, 4, 8: *πᾶν τὸ διεστυλωμένον κατέβαλε τεῖχος.* 5, 100, 4; *στυλοῦν* est verbum scriptorum rec.
12 *διϊσθμίζειν* isthmum traducere (*διὰ ἰσθμὸν κομίζειν*) 4, 17, 7: *παρεκάλει τοῦτον διϊσθμίσαντα τοὺς λέμβους ἐπιτίθεσθαι.* Simpl. non exstat.

B. Dis-.

a. Simplicia sunt Attica verba:

13. *διακλείειν* dis-, intercludere 1, 73, 6: *διακλείσαντες ἀπὸ τῆς χώρας τοὺς Καρχηδονίους.* 1, 82, 13. 10, 32, 4.
14. *διακλίνειν* discedere, excedere 11, 9, 8: *διακλίνειν ἐνίους ἠνάγκαζον τῆς ἀγορᾶς.* 11, 25, 5.
15. *διαταφρεύειν* fossa separare, fossa munire 3, 105, 11: *τὸν μεταξὺ τόπον διετάφρευσαν.*

b. Simplex non est verbum Atticum:

16. *διασκορπίζειν* dissipare 27, 2, 10: *τὸ τῶν Βοιωτῶν ἔθνος κατελύθη καὶ διεσκορπίσθη κατὰ πόλεις.* 1, 47, 5. Sic simpl. exstat praeter Hecat. praecipue ap. post. scr., sed non ap. Pol.

C. Cum vi effectiva et intensiva.

a. Simplicia sunt verba Attica:

17. *διαγωνιᾶν* animo angi, vereri 3, 102, 10: *Ἀννίβας διαγωνιάσας τοὺς Ῥωμαίους.* 3, 105, 5. 4, 10, 3.
18. *διαδάκνειν* mordere, obtrectare 4, 87, 5: *Ἀλέξανδρον διέδακνεν.*
19. *διαζηλοτυπεῖσθαι* aemulari, invidere: Rell. 164 (p. 1365 ed. Hultsch.): *διαζηλοτυπούμενοι*

ἐπεβάλοντο διασύρειν τὰς πράξεις αὐτοῦ. Simplex verbum hac cum notione paucis Atticorum locis et in act. gen. invenitur.

20. *διαδράττεσθαι* arripere (fest) 1, 58, 8: *ἐκβάλλουσιν (οἱ εὐγενεῖς ὄρνιθες) τὰς πληγάς, ἕως ἂν ἀλλήλων διαδράξωνται.* Simpl. inter Att. scr. semel ex Plat. affertur.
21. *διαλγεῖν* perdolere 4, 4, 2: *τοῖς γιγνομένοις διαλγοῦντες.*
22. *διαλωβᾶσθαι* mutilare, foedare 11, 7, 2: *ἅπαντα (τὰ ἀναθήματα) διελωβήσατο.*
23. *διασαλεύειν* concutere 16, 30, 4: *τὰ μὲν τοῖς πετροβόλοις τύπτοντες διεσάλευσαν.*
24. *διασπεύδειν* cum studio aliquid efficere 4, 33, 9: *ἐπὶ τοσοῦτο διέσπευσαν ὥστε..* 32, 9, 5. Rell. 44 (p. 1373 ed. Hultsch.)
25. *διαστρατηγεῖν* munus imperatoris obire, belli arte uti in aliquem, sim. 21, 39, 9: *(οἱ Γαλάται) διεστρατήγουν τοὺς Ῥωμαίους.* 16, 37, 1. Sic ap. Pol. *στρατηγεῖν*, quod ap. Att. est: ducem esse.
26. *διαψιθυρίζειν* magnum susurrum facere 15, 26, 8: *διαψιθυρίζοντες ἐξελήρησαν.*
27. *διερεθίζειν* irritare, excitare 9, 18, 9: *διερεθίσας τοὺς ἐν τῇ πόλει.*
28. *διερμηνεύειν**) interpretari 3, 22, 3: *ἃς (συνθήκας) ἀκριβέστατα διερμηνεύσαντες ἡμεῖς ὑπογεγράφαμεν.*
29. *διϊχνεύειν* pervestigare 4, 68, 3: *διϊχνεύοντες περὶ τὰς προνομείας ἐμπίπτουσιν.*
30. *διοργίζεσθαι* valde irasci 2, 8, 13: *διοργισθέντες ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ* 4, 4, 4. 5, 42, 1. 20, 6, 10.
31. *διακατέχειν* obtinere, retinere 2, 70, 3: *διακατέσχεν τὴν ἀρχήν.* 2, 17, 5. 2, 51, 2. 4, 55, 6. 6, 55, 1. 11, 13, 2. 11, 15, 1. 21, 21, 7.
32. *διασυνίστασθαι**) suscipere aliquid 1, 42, 13: *παραβόλους ἀγῶνας διασυνίσταντο.*
33. *διεξάγειν* ad finem perducere, administrare, curare, sim. 3, 77, 4: *τοὺς συμμάχους ἐν πάσῃ φιλανθρωπίᾳ διεξῆγε.* 1, 9, 5. 1, 71, 1. 3. 21, 6. 4, 57, 3. 4, 73, 8. 5, 1, 5.

Polybiana verba sunt:

34. *διολοφύρεσθαι* lamentari 21, 26, 11: *διαγρυπνῶν διωλοφύρετο πρὸς αὐτόν.*
35. *διοχυροῦσθαι* communire 5, 46, 3: *καταλαβὼν τὸν Θεόδοτον τὰ παρὰ τὴν λίμνην στενὰ διωχυρωμένον τάφροις καὶ χάραξι*
36. *διαποθνήσκειν* emori 16, 31, 8: *ἐπὶ τοῦ πτώματος διαμάχεσθαι καὶ διαποθνήσκειν πρὸς τοὺς βιαζομένους.*

b. Simplicia non sunt verba Attica:

37. *διαπιμπράναι* perurere, incendere 21, 46, 3: *ναῦς διαπρῆσαι.* 31, 12, 11. Simpl. ante Pol. a poëtis usurpatur.
38. *διασφαλίζεσθαι* tutum reddere, communire 5, 69, 2: *τοὺς δὲ (τόπους) ταῖς χειροποιήτοις κατασκευαῖς διησφαλισμένος.* Simpl. est verbum script. rec.

---

* Pol. in Steph. thes. non profertur.

Ἐκ, ἐξ.

A. Ex.

a. Simplicia sunt verba Attica:

1. *ἐξακολουθεῖν* sequi ex, subsequi 5, 78, 4: *ὑφεωρᾶτο τὴν ἐξακολουθοῦσαν αὐτῷ φήμην.* 4, 5, 6 etc. Obsequi 18, 10, 7: *γιγνώσκων αὐτὸν ῥᾳδίως ἐξακολουθήσαντα τοῖς ἐκεῖ φίλοις.*
2. *ἐξοδεύειν* iter facere ex, proficisci 5, 95, 6: *τοὺς Αἰτωλοὺς ἔχων ἐξώδευσε.* 5, 94, 7, alibi.
3. *ἐξαγοράζειν* emere 3, 42, 3: *ἐξηγόρασε παρ' αὐτῶν τοὺς λέμβους,* ubi praep. illud *παρ' αὐτῶν* auget. 31, 7, 6.
4. *ἐξερείδειν* infra connitendo fulcire et sustinere sublicis (hervor, hoch) 8, 6, 6: *ἐξερείδοντες ταῖς ἀντηρίσιν ἀσφαλίζονται τὴν ἄρσιν τοῦ μηχανήματος.* 16, 11, 5 ex probanda Hultschii coniectura.
5. *ἐξαποστέλλειν* emittere, verbum Polybio familiarissimum; ex primo libro affero 1, 11, 3: *τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων στρατηγὸν ἐξαπέστειλαν.* 1, 17, 1. 1, 21, 6. 1, 36, 10. 1, 44, 1. 1, 52, 7. 1, 53, 1. 1, 62, 5. 1, 63, 1. 1, 67, 12. 1, 68, 5. 1, 70, 8. 1, 70, 9. 1, 79, 3. 1, 81, 2. 1, 82, 12. 1, 87, 4.
6. *ἐκπεριάγειν* circumducere ex 3, 83, 3: *τοὺς λογχοφόρους κατὰ τὴν πρωτοπορείαν ἐκπεριάγων.*
7. *ἐκπεριέρχεσθαι* (pro Xen. *ἐκπεριϊέναι*) circumire 10, 31, 3: *τῶν εὐζώνων ἐκπεριελθόντων ἐκ πολλοῦ καὶ καταλαβομένων τοὺς κατὰ νώτου τόπους.*
8. *ἐκπεριπλεῖν* navibus circumvehi 1, 23, 9: *οἱ μὲν ἐκ πλαγίων οἱ δὲ κατὰ πρύμναν ἐκπεριπλέοντες ἀσφαλῶς ἤλπιζον ποιήσασθαι τὰς ἐμβολάς.* 1, 27, 11. 16, 4, 14.

Polybianum verbum est:

9. *ἐκτοιχωρυχεῖν* domum effringere et ex ea rapere 4, 18, 8: *ἐπισκηνώσαντες ἐπὶ τὰς οἰκίας ἐξετοιχωρύχησαν τοὺς βίους.* 18, 55, 2.

b. Simplicia non sunt verba Attica:

10. *ἐκχαραδροῦν* excavare in torrentis alveum 4, 41, 9: *θεωροῦντες τὸν χειμάρροον ἐν βραχεῖ χρόνῳ ἐκχαραδροῦντα τόπους.* Sic simpl. ap. Herodotum exstat.
11. *ἐξωκεανίζειν* in externum oceanum navigare 34, 4, 5: *ἐξωκεανίζειν ὡς ἂν οὐρίων πνεόντων συνεχῶς.* Simpl. non invenitur.

Polybianum verbum est:

12. *ἐκκοιλαίνειν* excavare 10, 47, 7: *τούτους (πλαταμῶνας) φασὶν ἐκκοιλαίνοντα καὶ διαρρηγνύντα κατὰ βάθος ὑπὸ γῆν φέρεσθαι.* Simpl. ap. Hdt. in usu est.

B. Cum vi effectiva atque intensiva.

a. Simplicia verba Attica sunt:

13. *ἐκδαπανᾶν* consumere 18, 11, 10: *πλείστων χορηγιῶν ἐκδεδαπανημένων.* 21, 10, 9. 24, 7, 4. 25, 4, 7.

14. *ἐκδεσμεύειν* connectere (fest verbinden) 3, 38, 8: *ἐκδεσμεύων τὴν ἑκατέρων πίστιν εἰς ἀλλήλους.*
15. *ἐκκυβεύειν* (iacta alea) audacter periclitari 1, 87, 8: *μέλλοντες ἐκκυβεύειν ὑπὲρ τῶν ὅλων.* 2, 63, 2. 3, 94, 4.
16. *ἐκσιωπᾶσθαι* prorsus ad silentium redigi 28, 4, 13: *ἐκσιωπηθεὶς περὶ τῶν ὁμήρων.*
17. *ἐξαθυμεῖν* animos despondere 11, 17, 6: *τότε δὴ πάντες ἐξαθυμήσαντες ἀπέρρεον ἀπ' αὐτοῦ.*
18. *ἐξαπορεῖν* valde dubium esse, nescire quid faciendum sit 3, 48, 4: *κατὰ πάντα τρόπον ἐξαποροῦντες.* 1, 62, 1. 3, 47, 9. 4, 34, 1. 16, 34, 6.
19. *ἐξερμηνεύειν* ad verbum convertere 2, 15, 9: *τὸ τρὰνς ἐξερμηνευόμενόν ἐστι πέραν.*
20. *ἐξηχεῖν* enuntiare 30, 4, 7: *κατὰ τὴν παροιμίαν τὸ κύκνειον ἐξηχήσαντες.*

Polybianum verbum est:

21. *ἐκληρεῖν* valde inepte se gerere 15, 25, 8: *μυχθίζοντες καὶ διαψιθυρίζοντες ἐξελήρησαν οὕτως ὥστε . . .*

b. Simplicia non sunt verba Attica:

22. *ἐκθεατρίζειν* ante omnium oculos in scenam producere aliquem, exponere spectaculo 11, 8, 7: *τὰ πάρεργα ζηλοῦντες μετὰ βλάβης ἐκθεατρίζουσι τὴν ἑαυτῶν ἀκρισίαν.* 3, 91, 10. Simplex est verbum script. rec.
23. *ἐξεριθεύεσθαι* mercede quasi allicere 10, 22, 9: *ἐξεριθεύονται τοὺς νέους καὶ παρασκευάζονται εὔνους συναγωνιστάς.*

Ἐν.

In, ad.

a. Simplicia sunt verba Attica:

1. *ἐγχωννύναι* terram aggestam fundere in, terra aggesta implere (zuschütten) 4, 40, 4: *φαμὲν δὴ χρόνῳ ὁλοσχερῶς ἐγχωσθήσεσθαι τήν τε Μαιῶτιν καὶ τοῦτον (τὸν Πόντον).*
2. *ἐμπαρρησιάζεσθαι* libere loqui in aliquem 38, 10, 7: *κατανίστατο μὲν τῶν ἀρχόντων, ἐνεπαρρησιάζετο δὲ τοῖς τῶν Ῥωμαίων πρεσβευταῖς.*
3. *ἐνασκεῖν* exercere 1, 63, 9: *ἐν τοιούτοις καὶ τηλικούτοις ἐνασκήσαντες, ἐπεβάλοντο τῇ τῶν ὅλων ἡγεμονίᾳ.*
4. *ἐννυκτερεύειν* pernoctare in 3, 22, 13: *ἐν τῇ χώρᾳ μὴ ἐννυκτερευέτωσαν.*
5. *ἐνορμεῖν* ad ancoram consistere in 16, 29, 13: *(ἡ πόλις) ἔχει λιμένα δυνάμενον σκέπειν τοὺς ἐνορμοῦντας.*
6. *ἐναπερείδεσθαι* conicere, dirigere aliquid in aliquem 22, 17, 2: *ἐναπερείσατο τὴν ὀργὴν εἰς τοὺς Μαρωνίτας.*

Polybiana verba sunt:

7. *ἐγγεύεσθαι* degustare 7, 13, 7: *ἐγγευσάμενος αἵματος ἀνθρωπείου.* 18, 11, 7 (ex coniect. Schweigh.).

8. *ἐναπορεῖν* in aliqua re nescire, quid faciendum sit 29, 27, 6: *βραχὺν χρόνον ἐναπορήρας ἔφη ποιήσειν.*

b. Simplicia non sunt verba Attica:

9. *ἐγκακεῖν* pravo consilio negligere 4, 19, 10: *Λακεδαιμόνιοι τὸ πέμπειν τὰς βοηθείας ἐνεκάκησαν.* Simplex non exstat.
10. *ἐναγκυλίζειν* (Xen. *ἐναγκυλᾶν*) lorum religare ad 27, 11, 5: *τοῦτο εἰς τὸ μέσον ἐνηγκυλίζετο τῶν κώλων.*
11. *ἐνεχυριάζειν* (*ἐνεχυράζειν* Plat., Dem.) pignus auferre 6, 37, 8: *κύριός ἐστι καὶ ζημιῶν ὁ χιλίαρχος καὶ ἐνεχυριάζων.*

Polybiana verba sunt:

12. *ἐμπειράζειν* periculum facere 15, 35, 5: *Ἀγαθοκλῆς καὶ τῶν τῆς Λιβύης ἐνεπείρασεν. Πειράζειν* a script. poster. usurpatur pro *πειρᾶν.*
13. *ἐμπαράπτεσθαι* *) conici, incidere in 21, 7, 4: *ἐπὶ τὸ τούτων ἄκρον ὁ κημὸς ἁλύσει σιδηρᾷ προσήρτητο πλήρης πυρὸς ὥστε κατὰ τὰς ἐμβολὰς καὶ παρεμβολὰς εἰς τὴν πολεμίαν ναῦν ἐμπαράπτεσθαι πῦρ.*

Ἐπί.

A. Ad, in.

a. Simplicia sunt verba Attica:

1. *ἐπιπλέκειν* implicare, connectere 4, 28, 2: *πρώτας ἐπιβολὰς τὰς Ἀννίβου ταῖς Ἑλληνικαῖς πράξεσιν ἐπιπεπλέχθαι συνέβαινεν.*
2. *ἐπιπορεύεσθαι* adire, pervagari 2, 52, 1: *ἀδεῶς ἐπεπορεύετο τὰς πόλεις.* 4, 9, 2. 6, 36, 2, saepissime.
3. *ἐπισκηνοῦν* habitare in 4, 72, 1: *ταῖς οἰκίαις ἐπισκηνώσαντες* 4, 18, 8.
4. *ἐφημερεύειν* diem transigere in 21, 27, 6: *ποτὲ μὲν ἐπιτιθέμενοι νύκτωρ τοῖς ἐπικοιτοῦσιν ἐπὶ τῶν ἔργων, ποτὲ δὲ τοῖς ἐφημερεύουσι.*
5. *ἐπικεφαλαιοῦσθαι* pro *ἐπὶ κεφαλαίου τι λέγειν* paucis comprehendere, summatim tractare (Thuc. *κεφαλαιοῦν*, Plat., Xen. praecipue *συγκεφαλαιοῦσθαι* adhibent) 2, 40, 4: *τῶν Ἀράτῳ διῳκημένων ἐπικεφαλαιούμενοι μνησθησόμεθα.*

b. Simplicia non verba Attica sunt:

6. *ἐπικοιτεῖν* excubare ad 21, 27, 6: *τοῖς ἐπικοιτοῦσιν ἐπὶ τῶν ἔργων. Κοιτεῖν* non exstat, sed *κοιτάζεσθαι* ap. Pindar. et deinceps ap. Pol., cett.
7. *ἐπικυλίειν* (Xen. *ἐπικυλινδεῖν*) devolvere in 3, 53, 4: *τοῖς μὲν τὰς πέτρας ἐπικυλίοντες τοὺς δὲ τοῖς λίθοις τύπτοντες. Κυλίειν* est verbum poëtarum recentiorumque scriptorum.
8. *ἐπιπορπᾶσθαι* fibulis sibi astringere, sibi affigere 38, 1, 2: *πορφυρίδα θαλαττίαν ἐπιπεπορπημένη.* Simpl. praecipue ap. poët. usitatum est.

---

*) Coniectura Hultschii probanda, qua re hoc verbum in vocabulorum thes. desideratur.

9. *ἐπισκοτίζειν* obumbrare (*ἐπισκοτεῖν* script. Att., quod Pol. quoque usurpat) 12, 15, 10: *ἐπεσκοτισμένος ὑπὸ τῆς ἰδίας πικρίας.* Simpl. est verb. script. rec.

10. *ἐπισταθμεύειν* hospitiis premere, fatigare 21, 6, 1: *οἱ Φωκαιεῖς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐν ταῖς ναυσὶν ἐπισταθμευόμενοι.* Verbum simpl. Appian. usurpat pro: hospitio uti.

Verbum Polybianum est:

11. *ἐπουροῦν* secundo vento uti (cf. *ἀπουροῦν*) 2, 10, 6: *ἐπουρώσαντες ἀσφαλῶς τὴν ἀποχώρησιν ἐποιήσαντο.*

B. Post, insuper.

a. Simplicia sunt verba Attica:

12. *ἐπαποστέλλειν* post alium mittere, insuper submittere 6, 15, 6: *ἐπαποστεῖλαι στρατηγὸν ἕτερον.* 1, 53, 5. 2, 8, 12. 3, 94, 6. 3, 105, 2. 4, 40, 10. 30, 20, 7. 31, 12, 14. 32, 20, 11; nonnullis his locis interpretandum est: mittere ad, contra.

13. *ἐπιδιασαφεῖσθαι* postea rem amplius cognoscere 32, 28, 5: *μετὰ δέ τινα χρόνον ἐπιδιασαφουμένης τῆς πραγματείας.*

14. *ἐπιπαραγίγνεσθαι* post aliquem venire 1, 31, 4: *ἀγωνιῶν μὴ συμβῇ τὸν ἐπιπαραγινόμενον στρατηγὸν ἐκ τῆς Ῥώμης τὴν ἐπιγραφὴν τῶν πραγμάτων λαβεῖν.*

15. *ἐπισυνάγειν* post alium, insuper colligere 1, 75, 2: *τοῦτον ἐξέπεμπον στρατηγὸν δόντες ἑβδομήκοντα ἐλέφαντας καὶ τοὺς ἐπισυνηγμένους τῶν μισθοφόρων.* 1, 18, 8. 5, 65, 10. 5, 95, 7. 5, 97, 3. 14, 2, 8.

16. *ἐπισυνάπτειν* insuper annectere, addere 3, 2, 8: *οἷς ἐπισυνάψομεν τὰς περὶ τὸν Αἴγυπτον ταραχάς.*

17. *ἐπιπαρεμβάλλειν* cum trans. vi: insuper iuxta aliquem collocare ad impetum faciendum 12, 19, 6: *παραγγείλαντα πᾶσιν ἐπιπαρεμβαλεῖν τὴν φάλαγγα.* Plerumque intr. vim praebet: se iuxta aliquem ad impetum faciendum collocare 3, 115, 10: *οἱ δ' ἀπὸ τῶν εὐωνύμων ἐπὶ δόρυ ποιούμενοι τὴν κλίσιν ἐξ ἀσπίδος ἐπιπαρενέβαλλον.* 11, 23, 5. 12, 19, 6.

Polybianum verbum est:

18. *ἐπεξορκίζειν* *) insuper ad iusiurandum adigere 15, 25, 11: *εἶτα ἐπεξώρκισε τὸν ὅρκον, ὃν ἦσαν ὀμνύειν εἰθισμένοι.*

Κατά.

A. De, contra.

a. Simplicia sunt verba Attica:

1. *καταγωνίζεσθαι* pugnare contra, debellare, etiam metaph. 2, 42, 3: *πολεμοῦντες καὶ καταγωνιζόμενοι τοὺς τὰς σφετέρας πατρίδας καταδουλουμένους.* 2, 45, 4. 13, 5, 5, saepius.

---

*) Non in verborum thes., cum ab Hultsch. prim. recte in contextum receptum sit.

2. **καταπορεύεσθαι** (ex exilio) redire 22, 4, 4: *ὁ Τίτος ἐσπούδαζε περὶ τὸ καταπορευθῆναι τὸν Ζεύξιππον εἰς τὴν Βοιωτίαν.* 4, 17, 8. 23, 4, 8. 29, 23, 4. Rell. 93 (p. 1378 ed Hultsch.).
3. **καταπρεσβεύειν** legationem suscipere contra 22, 15, 8: *καταπρεσβεύειν καὶ κατηγορίαν ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς κρατοῦντας τῶν αὐτοὺς καταγαγόντων εἰς τὴν πατρίδα.*
4. **κατασχεδιάζειν τινὸς** loqui contra i. e. alicui damno, mendaciis onerare 12, 26 d, 3: *ὥστε δοκεῖν τοὺς ἄλλους συγγραφέας ἅπαντας κατεσχεδιακέναι τῆς οἰκουμένης.*
5. **κατατολμᾶν τινος** audere contra, suscipere aliquid 3, 103, 5: *κατατολμᾶν τῶν πολεμίων.* 1, 47, 10. 4, 7, 4. 4, 79, 6. 12, 8, 2. 39, 12, 9.
6. **κατανίστασθαί τινος** i. q. *ἀνίστασθαι κατά τινος* surgere contra, resistere 1, 46, 12: *ἀπέπλευσε καταναστὰς μιᾷ νηῒ παντὸς τοῦ τῶν ἐναντίων στόλου.* 1, 46, 10. 4, 3, 13. 38, 4, 7. 38, 5, 1.
7. **κατεξανίστασθαι** i. q. *ἐξαν. κατά τινος*, rell. 152 (p. 1383 ed. Hultsch.): *κατεξαναστάντες τοῦ μέλλοντος, παρῃτήσαντο τοὺς πρυτάνεις ἐκπέμψαι πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥόδον συνεπιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας,* ubi Schweigh. interpretatur „opponentes sese vel resistentes immineuti periculo." *)

b. Simplicia non sunt verba Attica:

8. **κατουροῦν** (*κατουρίζειν* Soph.) secundo vento deferri (cf. *ἀπουροῦν*) 1, 44, 3: *κατουρώσας ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ στόμα ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν.* 1, 61, 7.

Polybiana sunt verba:

9. **καταξιοπιστεῖσθαι** fidem alicui abrogare, negare, in quo verbo praep. contrariam vim vocabulo affert; 12, 17, 1: *ἵνα μὴ δόξωμεν τῶν τηλικούτων ἀνδρῶν καταξιοπιστεῖσθαι, μνησθησόμεθα. . .* Simpl. ap. schol. et lexicogr.
10. **κατανοστεῖν** ex exilio redire 4, 17, 10: *οἱ δὲ κατανοστήσαντες ἐπεβούλευον τῇ πατρίδι. Νοστεῖν* est verbum poët.

B. Cum vi effectiva atque intensiva.

a. Simpl. sunt verba Att.:

11. **καθησυχάζειν** prorsus quiescere 9, 32, 2: *ἐπεὶ καθησύχαζον, οὕτως πως ἤρξατο τοῦ λέγειν.*
12. **καταβαρεῖσθαι** valde urgeri 11, 33, 3: *κατεβαροῦντο τῇ μάχῃ.* 18, 21, 4. 18, 21, 8. simpl. ex script. Att. uno Plat. loco symp. p. 203 B de homine vino gravi usurpatur.
13. **καταγέμειν** onustum esse 14, 10, 2: *καταγέμοντος ἤδη τοῦ στρατοπέδου τῆς λείας.* 15, 30, 9.
14. **κατακληρουχεῖν** sorte assignare possidendum 2, 21, 7: *κατεκληρούχησαν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν χώραν.* 3, 40, 8; *κατακληρουχεῖσθαι* 7, 10, 1 interpretandum est: sorte assignatum obtinere.

---

*) Quamquam Dind., nullam causam afferens, ad hunc locum vol. IV. p. 167 dicit: *κατεξαναστάντε* Diodorum prodere videntur.

15. *καταχολουθεῖν* sequi cum diligentia 2, 56, 2: *ἀναγκαῖον ἡμῖν, Ἀράτῳ προηρημένοις καταχολουθεῖν περὶ τῶν Κλεομενικῶν.* 3, 33, 18. 3, 44, 10. 39, 15, 4 etc.
16. *καταλωβᾶν* prorsus mutilare 15, 33, 9: *κατελώβησαν πάντας.* Script. Att. *λωβᾶσθαι* dicunt.
17. *καταπιστεύειν* confidere 2, 3, 3: *καταπιστεύσαντες ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι κατὰ ποσὸν εὐθαρσῶς εἶχον.* 3, 70, 7. 5, 34, 3 etc.
18. *καταστοχάζεσθαι* coniectura consequi 12, 13, 4: *καταστοχάζομαι τοῦτο.*
19. *κατεθίζειν* assuefacere ad 4, 21, 3: *συνόδους καὶ θυσίας ὁμοίως ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ κατείθισαν.*
20. *καταδιαιρεῖσθαι* distribuere 2, 45, 1: *Αἰτωλοὶ ἐλπίσαντες καταδιελέσθαι τὰς πόλεις (τῶν Ἀχαιῶν) ἀπετόλμησαν Ἀντιγόνῳ κοινωνεῖν.*
21. *καταπροΐεσθαι* (leviter) negligere 16, 9, 3: *πάντες ἂν καταπροεῖντο τοὺς καιρούς.* 1, 77, 3. 3, 81, 4.
22. *καθυπάρχειν**) adesse 9, 15, 14: *καθυπαρχούσης καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐννοίας.*
23. *καθυπερέχειν* multo superiorem esse 11, 24, 6: *οἱ Ῥωμαῖοι τῇ δυνάμει καθυπερεῖχον.* 2, 25, 9.

Polybiana sunt verba:

24. *καταμέλλειν* valde cunctari 5, 7, 4: *μὴ παριέναι τὸν καιρὸν μηδὲ καταμέλλειν.* 1, 44, 1. 1, 49, 10. 1, 60, 8. 4, 60, 7. 4, 76, 8. 5, 7, 4 etc.
25. *κατεκλύειν* valde debilitare, retardare 5, 63, 2: *διαπρεσβευόμενοι κατεκλύειν τὸν Ἀντίοχον ἐβουλεύσαντο.*
26. *καταπεριεῖναι* multo superiorem esse 5, 67, 2: *Ἀντίοχος μεγίστην ἐποιεῖτο σπουδὴν ἐπὶ τῶν ἐντεύξεων καταπεριεῖναι τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας.*

b. Simplicia non sunt verba Attica:

27. *καταπιμπράναι* comburere 14, 4, 10: *πολλοὶ περικαταληφθέντες ὑπὸ τῆς φλογὸς κατεπρήσθησαν*; cf. *διαπιμπράναι.*
28. *καταπροτερεῖσθαι* devictum priores partes amittere 1, 47, 9: *καταπροτερούμενος τοῖς ἐπιβατικοῖς.* 16, 19, 1.
29. *καταταχεῖν* proprie i. q. *κατὰ τάχος ἰέναι*, celeriter decurrere, venire 1, 86, 1: *κατετάχει πρὸς τὴν βοήθειαν.* 9, 17, 4: *καταταχεῖν πρὸς τὴν πύλην.* 9, 18, 3; plerumque cum acc. et part. coniungitur, cum significet celerius aliquid facere quam alium, aliquem praecurrere, celeritate superare 3, 16, 5: *κατετάχησεν αὐτοὺς Ἀννίβας ἐξελὼν τὴν πόλιν.* 4, 6?, 5, saepius; simpl. non exstat.
30. *κατευστοχεῖν* bene contingere*) 12, 25 i, 8: *κατευστοχῆσαι συνέβη τοὺς εἰπόντας*; ibid. *κατευστοχεῖν ἀεὶ τῶν προκειμένων. Εὐστοχεῖν* prim. ap. Pol.
31. *καθηλοῦν* clavis configere 4, 22, 5: *περιετίθετο αὐτῷ κλῖμαξ ἐπικαρσίαις σαρίσι καθηλωμένη.* Simpl. ap. Clem. Alex. invenitur.

---

*) In Steph. thes. Pol. non profertur.

32. *καταστηλοῦν* columnis distinguere 34, 12, 1: (ὁδός) *βεβηματισμένη κατὰ μίλιον καὶ κατεστηλωμένη*; simpl. est verbum script. rec.

Polybiana verba sunt:

33. *κατευδοκεῖν* comprobare, rell. 128 (p. 1381 ed. Hultsch.): *κατευδοκήσας τῷ νεανίσκῳ κατὰ τὴν ἀπάντησιν*; simpl. prim. ap. Pol.
34. *κατευκαιρεῖν* valde opulentum esse 12, 4, 13: *ὁ πλείονας ἔχων χεῖρας καὶ κατευκαιρήσας περιλαβὼν τοῖς ἰδίοις θρέμμασιν ἀπάγει τὰ τοῦ πλησίον.*
35. *καθευρεσιλογεῖν* multa verba facere 12, 25k, 9: *περὶ τῶν ἤδη γινωσκομένων παιδαριωδέστατον (εἶναι) τὸ καθευρεσιλογεῖν.* Simpl. prim. ap. Pol.
36. *καταπερονᾶν* subnectere 6, 23, 11: *πυκναῖς ταῖς λαβίσι καταπερονῶντες.* Simpl. est verbum poët.

Μετά.

Simplicia horum verborum novatorum sunt Attica.

A. Nach.

1. *μεθοδεύεσθαι* investigare, inquirere in singulas partes (nachgehen mit seinen Gedanken), „in dicendo uti artificiis ad fallendos auditores“ Schweigh. 38, 10, 10: *πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἐμπορεύων καὶ μεθοδευόμενος παρώξυνε τοὺς ὄχλους.*

B. Cum mutandi vi.

2. *μεθερμηνεύεσθαι* transferri, verti in aliam linguam 6, 26, 6: *τοὺς καλουμένους ἐκτραορδιναρίους, ὃ μεθερμηνευόμενον ἐπιλέκτους δηλοῖ.*
3. *μετακαθοπλίζειν* aliis armis instruere 3, 87, 3: *μετακαθώπλισε τοὺς Λίβυας εἰς τὸν Ῥωμαϊκὸν τρόπον ἐκλεκτοῖς ὅπλοις.*

Παρά.

A. Juxta, ad.

a. Simplicia sunt verba Attica:

1. *παραστρατοπεδεύειν τινί* i. q. *στρατ. παρά τινι* castra ponere ad 3, 17, 4: *ᾗ (πόλει) παραστρατοπεδεύσας.* 3, 112, 6. 5, 47, 3. 8, 25, 1.
2. *παρεφεδρεύειν* adesse ad defendendum, praesidio esse 3, 100, 7: *τοῖς σιτολογοῦσι παρεφέδρευε κατὰ τόπους.* 2, 24, 13. 8, 35, 8 etc.
3. *παρομολογεῖν* confiteri ap. aliquem, coram aliquo 3, 89, 3: *πάντας ἠνάγκασε παρομολογῆσαι καὶ συγχωρεῖν.* 7, 3, 7.
4. *παρακαταβαίνειν* descendere equis in pugna ipsa 3, 115, 3: *ἐμάχοντο συμπλεκόμενοι κατ᾽ ἄνδρα, παρακαταβαίνοντες ἀπὸ τῶν ἵππων.* 3, 65, 9. Rell. 95 (p. 1378 ed. Hultsch.)

Polybianum verbum est:

5. *παρευτακτεῖν* officium servare in 3, 50, 7: *τὰς ἡμέρας ἐπιμελῶς παρευτακτοῦσι καὶ τηροῦσι τοὺς τόπους οἱ πολέμιοι.* 5, 56, 7.

b. Simplicia non sunt verba Attica:

6. *παρευδιάζεσθαι* tranquillitate frui in 4, 32, 5: *ἦγον τὴν εἰρήνην ἀεὶ παρευδιαζόμενοι. Εὐδ.* est verbum poëtarum praecipue recentiorum.
7. *παρακοιτεῖν* excubias agere apud 6, 33, 12: *μία ἐξ ἁπασῶν καθ' ἡμέραν σημαία ἀνὰ μέρος τῷ στρατηγῷ παρακοιτεῖ.* 6, 35, 12.

Hoc loco etiam mentionem facio verborum

8. *παραδειγματίζειν*, quod non verbum simplex habet et ex subst. *παράδειγμα* derivatum est: exemplum edere in aliquem (*τινά*) 15, 32, 15: *παραδειγματίζειν τοὺς πάντων τῶν κακῶν αἰτίους.* 2, 60, 7; et
